Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26826
Copyright: Admont, Benediktinerstift



omnes gentes. et separabit eos ab
uuicem. sicut pastor segregat oues
ab hedis. et statuet oues quidem
a dexteris suis. hedos autem a si
nistris. Tunc dicet rex his qui
a dexteris eius erit. Venite bene
dicti patris mei. possidete pre
paratum uobis regnum a constitutio
ne mundi. Esurui enim et de
distis mihi manducare: sitiui et
dedistis mihi bibere: Hospes eram.
et collegistis me: Nudus. et co
opuistis me: Infirmus. et uisi
tastis me: In carcere eram. et ue
nistis ad me: Tunc responde
bunt ei iusti dicentes. Domine quan
do te uidimus esurientem. et pau
imus. sitientem et dedimus tibi po
tum. Quando autem te uidimus
hospitem et collegimus te: aut nu
dum et cooperuimus. Respon
dens rex: dicet illis. Amen di
co uobis quamdiu fecistis uni ex
his fratribus meis minimis. mihi
fecistis. Tunc dicet et his qui
a sinistris ei erunt: Discedite
a me maledicti in ignem eternum.
qui preparatus est diabolo et an
gelis eius. Esurui enim et non dedi
stis mihi manducare: sitiui et non
dedistis mihi potum. Hospes eram. et
non collegistis me: Nudus et non
cooperuistis me: Infirmus et in car
cere: et non uisitastis me: Tunc
respondebunt et ipsi dicentes.
Domine quando te uidimus esurientem.
aut sitientem: aut hospitem: aut
nudum. aut infirmum. uel in car
cere: et non ministrauimus tibi.
Tunc respondebit illis dicens.
Quamdiu non fecistis uni de mi
noribus meis his. nec mihi fecistis.
Et ibunt hi in supplicium eter
num. iusti autem in uitam eternam.

Cum autem. Post parabolas de fine mundi. quando dns
ad iudicium uenturus est bonos remunerare. et impios damnare. nunc quasi dns modum futuri iudicii uenturi in solo aduentu. fuit hominis qui est filius dei. in maiestate sua. et in diuinitate qua iudicabit. quia per uenit in humanitate: unde et tradendus in primo cruci. primitus gloriam triumphantis. ut securitas a scandala hac promissione compensaretur. ut meliores parerent discipuli. libenter sub tanta gloria expectantes: et omnis angeli cum eo. et tam boni. quam mali. quia restes sunt humanorum actuum. sub quorum custodia bene. vel male egerit. que sedebit. et regnabit. super sedem maiestatis sue. et caelum. in qua et apparebit